KASPER PAWLIKOWSKI
MEDYKA
EX LIBRIS

Illustrissimo et potentissimo Prin:
cipi, Stephano Batorj, Dej
clementia, Transyluaniæ
Palatino, Maiorisq par:
tis Regnj ungariæ Prin:
cipi meritissimo, autor
in signum deuotionis
transfert: et, qua
decet reuerentia,
se suaq officia
commendat.

Jacobus Geslenomius me æquo
jure possidet

DE ORIGINE ANIMANTIVM, PECCAti, *Mortis, & Pænitentiæ: &c.*

Carmen Propheticum.

In Gratiam Reuerendißimi, & Excelentißimi D. D. Ioannis Cyro, Abbatis S. Vinc: Wrat: I. V. D. & S. C. M. ad R. P. oratoris præstantißimi.

*

Ab Alexandro Sanuto, Venetiarum Patricio, editum.

Dedicatoria Autoris.

PLures causæ fuerunt, & non illegitimæ, Reuerendißime, & excellentißime Dñe, D. in Christo pater, mihiq́ obseruandißime; quibus hoc metrũ, de origine rerum, in hanc formam à me elaboratũ, R. D. T. dedicandum duxi. Primòq́uòd tui ingenij excellentia fretus: &, de ipsius beneficentia ritè persuasus in bonam partem, hunc meum laborem suscipiendum, speraui. Secundò Carmen de Canonicis ijs institutis, à nullo altero, præterquàm à tali religione, & doctrina copioso viro, qualis est R. D. T. percipi posse existimaui. Tertiò offitia humanitatis, quæ non tàm in me, quàm in plures huius regni incolas, & externos homines confers, coëgerunt me, (ne in vitium ingratitudinis inciderem) spe nulla lucri, aut gloriæ, sed simplici eo affectu, quem T. R. D. olim aperui, ad hæc metra in ipsius laudem, & benefitiorum gratiam ei offerenda. Non enim dubito, quód inuida lingua malignorum (quorum non est inopia) labores meos iniquè deferat: nec, quæ iudicio tuo placebunt, sinistré contaminet: vt, inter aliquos indoctos, fieri posset. Quæ quidem pia officia, & virtutum sedulitas ipsi propria: & si vbiq́ pateant: coactus tamen modo sum, in ampliorem ipsius splendorem, R. D. Tuam meæ huius rei Mœcenatem expetere: lucubrationesq́ has sibi dedicare. Quápropter eandem supplex oro, vt eo, quo datur, animo munusculum hoc suscipere non dedignetur; meq́, & officia mea commendata habeat. Cui omnia felicia, à Deo Opt. & Max: ex animo opto: &, ad annos Nestoreos, in gloriam Dei: & in gratiã sui Diui Principis, sub candenti ipsius vmbra, eandem feliciter deduci, continuoq́ valere.

PERORATIO IN DEI GLORIAM, PRO victoria Elbingæ obtenta, in quosdam potentes aduersarios.

Eiusdem Autoris.

SÆpe numero vidi, & legi, scriptorum, & poetarum præstantißimorum opera, viro alicui autoritate pleno, ab eisdem dedicari. Cur petiti, respõdere solent, cõmoditatis, & splendoris gratia. Quã do autem nec splendorẽ, nec comoditatem maiorẽ censeam, quã mentẽ erigere in Deum altißimũ patrẽ oĩum bonorũ, & veritatis: seduloq́ laborare in gloriã ipsius, & in virtutis cultorũ gratiã, existimaui nõ indignũ fore, si non tam improbi hominis gratiam, quam in Dei vnici qui veritas interpretatur gloriam, hoc metrum meum proderem. Lumine enim veritatis me indigere confiteor. Quod peto, & quod cupio, ac quo beatior ego & quisq́ alter fieri potest: quoq́ spero morsus linguarum dolosarum me euitaturum: ne hoc opusculũ, originẽ rerũ (iuxta Moysem) percunctans, ab arte seu ignorantia quorundã fraudibus, & confusione gaudentiũ iniqué contaminetur. Vidimus .n. insipientes, crapulaq́ submersos homines, virtutẽ contemnere, & longos meos labores deferre. Cur? ob nefandum

 stuprum

ſtuprum pro quo Elbingæ in eum agebatur: inqui
unt. Homines aūt rudiores, quorū maior ſæpe nu
merus, inſcij rerū illud credunt, cuius neſciunt exi
tū. Quare rité implorandus eras, tu ô Deus omnipo
tens, vt innocentiam meā ſingulis aperires. Scit .n.
tota Prußia, parsq; Poloniæ, me de nefario quidē
ſtupro accuſatum iri: ſed qualem liberationem &
victoriā, contra aduerſarios meos ignorant? La-
tet repeto, quòd obueniam iniquo iudici, & falſo
accuſatori negatam in maiorem captiuitatē Elbin
gæ cecidi. Latet etiam contra iudicem, & accuſato
rem, de pœna talionis me proteſtatum fuiſſe: ac eos
ad ſummum ius audacter prouocauiſſe. Latet plu-
res, iudicē per lrās excuſationem ad me in ſuis vi-
ribus conſtitutum trepide petijſſe. Sed tandē quid
mihi valuit, ſi eiſdem quid nefariæ huius pſcruta
tionis autores fuere, culpam tandem condonare co
gor? O oīum turpis & diabolica perſcrutatio, quæ
ore & ſcripto proprij iudicis demū prodita eſt. Cū
iudex ſe excuſatū iri, p raſam cedulā manu ꝓpria
ipſius, ad me innocentē centū ahenis vinctū, ſcriptā
in ſuisq; viribus exiſtentē huiuſcemodi petit (Pan
de Deus hanc veritatē: auſcultate ô auditores, mei
iudicis probitatē, de qua à me excuſatū ſe aſſerit.)
Quod me excuſatum oīs ſuſpitionis ha/
bes, in hoc, & iuſtitiæ, & æquitati rē dig
nā facis: ita etiā mihi ſatis fit, vt ſi ipſe reus
& ego iudex, per Metamorphoſim tranſmutati eſſe

mus oſtendat (quæſo) excuſationē, ſeu ſcripto, ſeu
teſte, quam aſſerit. Auſcultate adhuc auditores mi
nas perpetuæ captiuitatis inſequentes: et origina-
les carceris ac vinculorū maiorū cauſas. De reli
quis vero quoniam liberationis cauſa, à
me nil deſideras: nihilo etiam reſponde
re poſſum. Ioannes Springelius. O vana
Ioannis Springelij iudicis, & conſulis Elbingenſis
potentia: quæ virtute diuina cecidit. Nihilo enim
& ſi iudex, quo ad liberationem meam poſſe, iacta-
batur: integra tamen libertate, & veniæ petitione,
mihi reſpondere coactus eſt. Nonne hoc mirum, et
memoria dignum, o lectores, placidiq; auditores?
Audite magis rei initiū. Quando quidem non vo-
luptate, ſed ijs monitis Eluingæ detineor: per ver-
ba ijs ſcriptis Michaelis Eluingij conſulis, & nun-
tij procuratoriſq; gn̄alis vniuerſitatis Elbingenſis
euidentia. Nobili Dn̄o Alexandro Sanu
to Mihaël Eluingēſis S.P. amiciſsimaq;
ſtudia etc. Præſtātiſsime dn̄e, excidit mi
hi, die heſterna, memoria, cum mentio
fieret profectionis Memelia verſus, eā
dem ſubmonere, ne iter inane ſuſcipia/
tur, &c. Bene aūt D. V. atq; vtilis arbi/
tror potius conſultum, hoc triduum in
aduentum vſq; Magr̄i Springelij, in æ/
dibus Dn̄i Notarij cōmorari: quā iter

cum sua molestia, & periculo ingredi. *His ergo consilijs, & senatus persuasione fret⁹, Elbingæ detineor, patiorq́; ea, quæ patent. Sed demũ (te teste Deo) cum nil ocultũ quod nõ reuelletur culpabiles ipsi culpam suam fateri coacti fuere, et ego ad condonandum culpam vicißim p̃mor, qua venia pariter, iam contentus sum. Vt in ea periodo secretarij Elbingẽsis ex me quæsita, huiuscemodi patet.* Quinimo ego Alex. S. omnibus his, qui horum vinculorũ mihi autores fuere, culpam, & quicquid desuper actũ ex animo cõdono. *scilicet culpabilib⁹ pœnas remitto. si ergo non mea, sed autorum culpa manifesta est: operæ precium fuerat, quod hæc veritas panderetur: tuaq́; virtus, & potentia o omnipotẽs Deus a populis agnoscatur. Quapropter flexis genibus immensas tibi gratias ago, teq́; precor, & obsecro, vt, huic opusculo in tutelam Reuerendißimi ac excellẽtißimi viri, autoritateq́; & cõsilio pleni, S.C. M. oratoris & de virtutibus omnibus benemeriti, oblatu, quodq; in gloriã, tuæ omnipotentiæ orbi pandere mihi visum est, fauere digneris: ætatisq́; ferreæ, fame, peste, & telo, alijsq́; varijs cœli influxibus (ne ei auxiliaberis) præcipitantis, iam miserearis: cui me, & officia mea votaq; & desiderium, ardenti Zelo caritatis & pænitentiæ, ego commendo, meq́; valere, tua hac ope, sperabo.*

ARGVMENTVM OPERIS, AD CANDIDVM LECTOREM.

Carmen Phaleucium, seu Hendecasyllabum Italico Ritu (duce Minerua) vinctum.

Alexandri Sanuto, V. P.

SI vis, lector amice, comperire,
Diuinæ, genus omne, veritatis:
Nostrum carmen habe: hoc studeto inire
Non, turpis, leuitate vanitatis:
Sed, certa ratione, tu potire
Dilectu fidei, atq́; Charitatis.
Sicut Iuppiter edocet supremus:
Hic, quem, mente, fideq́;, nos colemus.

Wbr: metryka nowożytna – zyn.

Argumentum Operis.

Non censes fore crimen hoc, si habentur.
Plures, versibus ijs, phrases, soniq;,
Nam, quot sunt varij, vt bene annotentur.
Affectus hominum, mali boniq;:
Decreui vt pariterq; clauderentur,
Metrorum, varij hîc modi, toniq;.
Qui desiderat hinc meum decorum:
Hoc carmen vetet aure rusticorum.

Nam sicut Deus hoc in orbe præstat
Vim, cunctis animantibus, vigendi:
Quæ, sub spe arbitrij, & furore restat:
Causa, se bene, vel male hîc regendi:
Rem duxi hanc ita: Ne virum molestat
Carmen: qui cupit ordinem medendi
Cunctos à vitijs Gulæ an rebellis, *Gulæ seu cupidinis.*
Vincit qui omnia pace siue bellis.

De Origine

DE ORIGINE COELESTIVM, ET TERRESTRIVM OMNIVM (IVXTA MOYSEM) SIMPLICI P. IN CVNCTIS DICTIONIBVS:

EPIGRAMMA PROpheticum.

Ad Populos Iudæum, Christianum, et *Turcicum.*

Memorati Autoris.

PRincipiò Princeps, Phanū, plasmare perenne *Pensū primi diei.*
Proposuit: properans pondera pensa polis.
Posteà partitus, pensilia pondera, ponto: *Pensum secundi.*
Perpes palladium, prosperitate, parit.
Pomiferam promit, præbentem pabula, plantam: *Pensum tertij.*
Pro paritate Physis, progenerare probans.
Pacto Palladio, Princeps, pollere petiuit *Pensum quarti.*
Phœben, post Phœbum, perpetuas Pleadas.

 Postmodò

nb: wszystkie wyrazy na „p"

Carmen.

Pensum quinti. Postmodò præcepit, pecudes producere pullos,
Præbentes, pura proprietate pecus.
Pensum sexti. Protogenē, proprio, plasmat phantasmate porrò:
Plurima, Perspiciens perfabricasse, probè.
Pensum Sabbati. Proin Princeps pausat. Postq̃ plausibile pneuma
Puluere patrarat. Plaudite posco pij.

Interpretationes rationabiles pro rudioribus adolescentulis.

Pro Principe, Deus intelligitur. Nemo .n. est omnium Princeps, præter Deum. Pro Phano perenni, intelligitur æternum cœlum. Nil.n.est cœlo durabilius. Pondera pensa Polis, idē, quod mundus: duobus.n. polis sustinetur. Hæc est ergo intelligentia. Principiò Deus proposuit creare æternum cœlum: propere faciens quoq; terram. Pensum primi diei. Postea, diuidens terram à ponto, protulit perpetuum Palladium, id est cœlum, prosperitatē. Pensum secundi diei. Promit plantam pomiferā, præbentem fructum, iuxta naturæ proprietatem, consentiendo fructus reddere. Pensum tertij diei. Ædificato cœlo, Deus iussit Lunā, & Stellas, post Solē resplendere. Cætera sunt clariora ꝑpter hoc. Protogenem plasmat proprio phantasmate: ꝙ est primum hominemm imagine propria creat. Quibus satis esse puto. De Ori-

DE ORIGINE PECCATI (IVXTA MOYSEM) SIMPLICI P. IN CVNCTIS dictionibus.

Ad vniuersum Populum.

P * Aßa a puella, Polū poterat b peragrare paternum: — Liberū arbitrium.
Peccando poterat præcipitare Polo.
Propterea c Python, postremi d præco profundi, — Inuidia arbitrij.
Perniciem propriam prosilijsse, parat.
Perpetui, e Physicon (pergens) penetrare, parētis, — Potentia inuidiæ.
Post pastum pomum, pulchra puella potes.
Perspiciens portenta, f Pater, pernobile pomum — Mendaciū potentiæ.
Præscindi prohibet, præterijsse probat.
Pulchra puella pauet, peredendo pabula pomi, — Timor mendacij.
Propter perfidiam præcipitare Polo.
Postea pergustans pomum, Pythone peracri — Peccatum Timoris.
Perfida polluitur, plena pudore, parens.
Post pastum pomum, piguit peccasse puellam — Inobentia peccati.
Persuasam, g puerum, perstimulare, g parem.
h Pragmata Pythonis (profert) potiora Parentis — Dolus peccati.
Pragmatibus pando. Percipe poma precor.
Perfice, perge, proba, pastum prodesse putato — Periurium doli.
Pomum. Pol poteris promere plura Patris.
Prognatus pauitat, pransus populabile pomum, — Pœnitentia periurij.
Præcipitis, pœnas, promeruisse probri.

Prosilijt

Anĩaduersi Prosilijt posthac. Præstat parere Parentis
o pænitētiæ Præcepto: præstat perseuerare prece,
Affect9 anĩ Prosequitur pseudo planctu, peruersa puella
aduersionis Periurans, Physicon prosilysse Poli.
Falsũ iudi Prob: ipeccatorem, primo parere pudebat,
ciũ affectuũ Præmia, poscenti, pernitiosa premi.
Confeßio Postremò patitur, prauæ, placuisse precanti,
iudicij. Pergustans pomum perniciale Polis.
Condemna Prærupto pomo, properè peccasse putauit
toria con- Peccator: pergens: pando pericla Proci.
feßionis. Peccaui: patiar, propriæ, præconia pœnæ:
lPerterebrare plagas, pallida Parca parat.

Interpr:rat: pro rudioribus adolescentulis.

*Passa à pando is, scilicet patefacta. Eua .n. nõ cõcepta, sed passa fuit. aPuella scilicet ipsa Eua, respectu primæuæ ætatis. bPeragrare Polum paternum: scilicet gloriari. Vidim9 .n omnia cœlestia cõtinuo peregrare. cPython id est serpens dPræco postremi profũdi, est epithetõ serpentis: qui causam peccati inueniens seipsum offendit. ePhisicon, id est arcana naturæ. fPater id est Deus. gPuerum, parem, scilicet, Adamum parem forma ipsi Euæ. hPragmata Pythonis: scilicet actiones seu consilia serpentis experta sum meliora operibus Dei. iPeccatorem pudebat parere poscenti premi pernitiosa præmia: scilicet Adamũ pudebat obedire petenti, induci in tentationem. lPerterebrare plagas Parca parat, scilicet, Mors vniuersum mundum falce sua ferire iam poterit.

DE ORIGINE MORTIS (IVXTA MOYSEM) SIMPLICI P, IN CVNCTIS DICTIONIBVS.

Eiusdem Authoris.

Ad Populum Christianum.

Elegia Prophetica.

PRotegenem, Princeps plenus pietate profatur. Querela
Peccatum, planctu, præterijsse putas? Dei.
Peccasti petulans? patrató piacula parta Cõd: Dei.
Prauato pomo, perniciose puer.
Proinde puer planctu profert. Parasita puella Excusa-
Persuasit peragi, prodigiale procum. tio.
Posthuma periurãs peperit poppismata, Princeps Tentatio.
Peccaui. Probrum parce perinde precor.
Plenipotens pergit, pactitia præmia præstans: Querela.
Posthuma peccasti? perstimulâre phthisi.

Detto

Propheticum.

Cōd. Dei. Perge puella procax. Planctus præfige perosos.
Procliui partu, purificato plagas.
ORAtio. Passa, perorauit Python, peccata: piatrix
Sententia Proclamans prodit. Perde pericla pater
in Pytho-Prosequitur Princeps. Python præbeto puellæ
nem. Pœnas, prostratus præcipitante pede.
ꝓphetia Post, peccatricem plenam pallore, profatur.
de Christ. Partu, peccatum pertenebrare para:
Spes ob oParebis puero, præbebis pocula, pluri,
bedientiā Parturiens paresi. Percruciare procax.
Spes ob oPost puerum perflat. Precibus peccare puellæ
bedientiā Parue puer pateris? Pascere pane pudens
Imperiū Pascere pane pudens, prisco pædore, patrato.
viro. Plecte puellarum pectora ponè phrenes.
In sudo- Posseditote plagas, proprio pædore, peremptas:
re. Percrebris pensis, participate penu.
Experien Pythonem, Princeps porrò, pauimenta puellæ
tia. Præfixit: pœnæ ponderitate paris.
In infer- Pessundat pseudum Pythonem: parte profunda:
no. Proin, peccatores posse perire, probat.
Liberum Posse perire probat peccando. Pergere, plenis,
arbitriū. Protogenes, precibus, posse perinde Polum.

In Festum

DE ORIGINE PÆNITENTIÆ, (IVXTA MOYSEM) SIMPLICI P, IN cunctis dictionibus.

Eiusdem Autoris.

Ad Diuum Cæsarem Maximilianum.

PRinceps præbuerat * pertensa piacula primis, Lex ex natura.
Palladio, pulsis, a pondera pensa Polis.
bPromittunt profugi, peccata piare: precati, Pœnitentia ex lege.
Post pœnas passas, prosperitate peti.
Peccatum partu promisit parcere, Princeps. Homo ex Pœnitētia.
Protogenes posthac progenuere phylon.
cPrognatus proaui pariter paricida, propinquū Homicidiū ex homine.
Progenie, perdens, pestiferè proprium.
Proclamat Princeps. Primum, paricida proterue, Instigator ex homicid.
Perdis panagium, perfidiose pugil?
Perge procul: peragra patrias: perlabere Pontū. Sentētia ex instigator.
Protulerat: perimar, prout paricida, d procax.
Promeritis pœnis, paricidam, e plura piabit Misericordia ex sent.
Phyltra (Pater), perimens posteriore plaga.
Primæuam, prohibens perdi putredine prolem, Subsidium ex Miseric.
Princeps, prognato f palmipedale plicat.
Posthuma proin peperit, plenū probitate, puellū: Seth ex sub.
Perpetui, proles perueniendа, Patris. Filij SEth ex Deo.
Postera progenies profertur proinde parentis:
Profertur pariter prima propago proci. Fil. proci ex hōe.

Adulteriū Prima prole proci, poſthac perpulchra propago
ex Proco. Patris polluitur, parturiente probrum.
Impietas Progenuere Pbthyſi populos. Paricida profanat,
ex adulter. Pantacratoris, prodita pacta palam.
Idolatria Poſtpoſuere patris præceptum, pacta, piamen:
ex Impiet. Pruritus pathicos, perdita phana, probant.
Diluuium Perdita phana Patris, poſtq̄ patuere, peroſa
ex Idolatr. Perdita plebs, pluuia pergrauiore perit.
Arca Noë Plebs populoſa perit, pluuijs proſtrata. Precatrix
ex diluuio. Præſtiterat proles, præradianda polum.
Proles Noë Poſtera progenies, precibus, potuere, peracres
ex Arca. Perlabi pluuias: progenerare Phylon.
Vates ex ꝓ Progenerare patres, pura probitate, potenteis
le Noë. Pandere perpetui, plegmata prima, patris.
Chriſtus ex Pandere peccatum pomi: portenta priorum.
Vatibus. Pandere, pro partu, precipitare probrum.
Cæſar ani- Plenipotens, porrò, populorum pande patrono
maduertat Præſidium, proprij pontificale PETRI.
Chriſti Ec- Interp. rat. pro rudioribus adoleſcentulis.
cleſiam. *Pertenſa piacula: ſcilicet, anguſtias patienter ferendas. a Pulſis pondera penſa polis: ſcilicet pulſis in mundū. Mundus. n. à duobus polis ſuſtinetur. b Promittunt ꝓfugi piare: ſcilicet ſuſcipere onus patiētiæ, ſpe gloriæ. c Prognatus ꝓ aui, ſcilicet Caim primogenitus antiqui patris. d Procax: ſ. peſſimus Caim. e Plura Phyltra promeritis pœnis: ſ. maiorē pœnā crimine. Septuplo. n. puniendus erat. f Palmipedale: ſ. ſignū in Caimo. Neceſſe enim erat ſic fieri propter longum exilium ſuſcipiendum. Cætera autem ſunt clariora.

IN CELEBERRIMUM, NATIVITATIS, FESTVM, REDEMPTORIS NOſtri proxime expectandum.

Eiuſdem Autoris.

In gratiam memorati Reuerendiſſimi, & excellentiſſimi, ſuæ S. C. M. oratoris.

Carmen Sapphicum.

IAmq; pandetur Deus, & ſuprema
Veritas, cœlum, penetrabit, vno
Corpore æterno, ſuper aſtra complens
Omnia nutu.

Iam Prophetarum facilis probatur
Caritas olim modulata Iouam.
Propter, antiqui, ſcelus acre Adami,
Matris & Euæ.

Iam Deus, nobis, tribuet beatum
Tempus humanis: redeunte Sole
In Capri ſignum: veluti probatur
Lumine cœli.

O Dei ſignum, ſpecimenq;, vitæ,
Perſpicax noſtris oculis habendæ,
Clarius, noſtra regione, cunctis
Orbe creatis.

Qui, Dei,

Qui, Dei, debet dubitare forsan
Luce diuina, vel amore? Quisnam,
Non Deum noret, pietate si se
Induet alma?
Nemini lumen trahitur dierum:
Omnibus prodest calor, atq; frigus,
Ver, & Autumnus, pietasq; Patris,
Omnipotentis.
Gratias ergo, tibi glorioso
Gentium soli, gerimus parenti:
Supplices, quem nos, tribuas salutem,
Poscimus, ægri.
Æger est, omnis populus fidelis:
Imminens cernis. fidei periclum:
Quod si, in hora vna, penitus reuolui
Vis: ita fiet.
Credimus nos vincere posse, tali
Nomine, obscænam impietatis iram:
Et triumphari, ob documenta nostræ
Plena salutis.
Gaudet hic mundus: recreatur æther:
Gaudet his, omnis populus fidelis,
Et die sacro, specieq; nostræ
Deniq; vitæ,
Maxime gaudent pueri canentes
In sacris

In sacris templis: Celebramus almum,
Virginis partum, strepitu tubarum,
Quæ ferit anguem.
Sicq; lætantur dociles prophetæ,
Qui Dei aduentum cecinere: Qualem
Vidimus nostri pietate Patris
Cuncta regentis.
Vosq; gaudete, o generosiores
Præsides digni, bonitate Christi,
Qui, sua dira nece, nos ab igne
Liberat Orci.
Nanq; gaudendo, veneramur ortum
Splendidum nostræ propriæ salutis:
Quo capi, Dæmon manibus puellæ,
Debuit atrox.
Hic dies ergò benedictus, Orcum
Claudit horrendum. Quòd, habere spectas,
Pulchrius donum, o pietate florens,
(Quæso) pie Abbas?
Suscipe hanc strenam memorantis huius,
Ecce, pro digno, graciliq; dono:
Nam Deus, (si vis) aperire, spondet
Proin, tibi, cælum.

Ad Opti-

AD OPTIMÆ INDOLIS IACOBVM COMITEM A PVL-CENICO, P. S.

AVTOR.

Dic mihi, quid melius credis, mortalibus esse?
Ni, mihi, tu tuleris: fabor amice tibi.
Scilicet aurum. Est id, ais, per quod, scelꝰ omne admittitur orbe?
Venditus est Christus: vendita lux, & honor.
Fuat est Virg: Hoc nego. Diuersum, solida ratione, probabo.
Nanq; voluptatis crimen id acre fuat.
Amor Dei. Sed quid? Amor veri, sola virtute, repertus
Esto, tibi, melius munus, vbiq; Dei.
Fit Virtute. Quo datur id donum? dices. Virtute. Sed illa?
A studijs. Studium? Sedulitate tua.
Fit Labore. Feruida sedulitas, ansa, & sudore laboris,
Panditur assidui: quam, puer, ergo subi.

ΣΥΜΒΟΥΛΕΥΤΙΚΟΝ

IN PRÆTORVM CRACOVIENSIVM ELECTIONE VII. IDVS IANVARII, ANNO M. D. LXXI.

METRON.

ALEXANDRO SANVTO AVTORE, LINGVARVM morsui malignarum, infenso.

Septima lux aderat Iani, vt Capitaneus vrbis
Duxuè huius statuit iura replere viris.
Nanq; Senatores duo, iniqua morte perempti,
Sceptra, penetrarant, hoc, meliora solo
Stirpe vocabatur REBiecius vnus: & alter,
Ex BAranouijs patribus, ortus erat.
Insuper, è pleno, Prætores octo, Senatus
Corpore, debebant à Duce rursus agi.

B Moris vt

Symboyleytikon Metron.

Moris vt est patriæ. Quare spectabilis Heros,
Quosq́ Senatores huc properare iubet.
Vndiq́ conueniunt, fuerant qui ad vota citati,
Ciuili in solio Regis, in vrbe sito.
Omnis ibi excipitur verbis, & fronte venustis,
A celebri, iusto, magnanimoq́ Duce.
Approbat hic mores, & non mendacia vulgi,
Mordet enim dignos, vulgus inane, Viros.
Quæ datur à prauis, Laus est ea nulla modesto
Sontis, in insontem, probra nec ore nocent:
Quid magis est homini, fœda ebrietate sepulto,
Flebile, quàm virtus, laus, et, honesta virũ?
Quos pietate Dei ornatos, & honore coronæ
Sarmaticæ, ciues, nouerat, ille legit.
Præcipuus quorum factus fuit ille Tribunus *
Cracouiæ, dictus BARtolomeus Habict.

* Phiscalis.

Nanq́, SIgismundũ Diuum, velut ante colebat:
Sic, genito AVGVsto, iamq́ fidelis adest.
Post, Stanislaum conceptũ sanguine Lanthman
Instituit: quem plebs nominat, ampla, Cyrum.
Hic, propriæ fuerat patriæ, nam semper amator:
Consilio vt plenus, sic pietate sacra.
Ingenuus, prudens, sapiens, iustus, probusq́,
Antiquo, & claro sanguine, cretus homo.

Sic CHri-

In Prætorum Crac: Electionem.

Sic CHrisanouius Prætor fit tertius ille:
Thesauri Oeconomũ, qui modo publici agit.
Hic quia splendebat binis virtutibus: inquam,
Iudicio humano, iustitiaq́ graui.
Plenus amicitia, & priuatis rebus, & auro,
Quo fit aper mitis, sæuior angue caper.

Mitis fit aper petitione.

Coniugis illius sortitus nomen, honestæ
Virginis inuentæ, præ Daniele, probæ,
Sanguine Morstino sequitur, proprioq́ Ioannes
Nomine, Proconsul: vir bonus atq́ probus.

Immitis caper largitione. Ioachimus.

Ille pius Prætor, rara virtute colendus:
Progenies cuius splendet vbiq́ solo.
Clauigeri nondum cœlestis nomine, Prætor
Vllus erat factus, nec memoratus homo.
Ergo, Guttetero Petro, & Delphino, vtriusq́,
Iuris doctori, regia iura dedit,
Ingenio quoniam, ac opibus, rationeq́ legum,
Ille refulgebat, iure modisq́ fori.
Vir grauitate sua, & fama, super æthera notus:
Sanguine ciuili, Teutonicoq́ satus.
Hos, BIrtultosius sola ratione potitus,
Dehinc sequitur Prætor: nanq́ forensis erat.

Birtutosius. Paulus.

Nomine functus eo diuinitus, alma, docentis
Dogmata, qui gladium fert, retinetq́ manu.

Non ho-

Symboyleytikon Metron.

Non homo rixarum cupidus, velut ante fuêre
Perturbatores pacis, in vrbe, suæ.
Tales, (Dux inquit) Dæmon portabit in Orcum,
Inuidia catulos impietate sues.
Quos penes, inde duo proin debebantur haberi:
Quando Palatinus talia corde gerit.
Vrbs eget auxilio, sed non maiore virorum,
Corpora, qui morbis, ægra iuuare queant.
Iam Posnaniæ erat medicinæ doctor in vrbe
Cracouiæ consul: nunc vt habere volo. (tur
Amplior hic sed erit: quòd viuit, & alter huma-
Lucas. Hic, euangelium, nomen agentis habet.
Hic virtute valet plena, & ratione medendi:
Quo, quis præsumet, plus valuisse sopho?
Sed sine quid Physicis? Nicolaus ergo vocetur
A Lance inscriptus, Prætor, honosq; fori.
Nobilium studium: pietatis imago Polonæ:
Exemplum & patrij, dexteritate, soli.
Proderit vt medicus: sic & medicina iuuabit.
Proderit auxilium, consiliumq; duplex.
Vnus, & alter enim, patriæ est virtutis Asylum
Ambo clementes, egregijq; viri.
Ambo Dei mandata colunt, amboq; periti
Sunt & honestatis, iustitiæq; sacræ.

Quos ego,

In Prætorum Crac: Electionem.

Quos ego, Prætores vrbis, per tempus in anno
Præsenti aßiduum, (dixerat) esse volo.
Sicq; reformauit, numerum Prætoribus octo,
Seu Proconsulibus, Dux hic in vrbe, nouis.
Postea Erasmus EClar, Prætori, Prætor habendo
Annulum honoratum dat: quia Prætor erat:
Sumpsit Habict illum nutu, iussuq; regentis
Cracouiæ castrum: non renuente viro.
Protinus electi, noua iuramenta dedere,
Prætores, coram Præside, siue Duce.
Gaudia, quarê omnes monstrant, conuiuia poscunt:
Ornantur mensæ: fertilitate cibi.
Hic aderat Bacchus, nebula tunc septus aprica,
Vngarici, antiqui, Coeruleiq; meri.
Hîc aderant vigiles musæ, sacræq; sorores:
Non tamen, hîc homini panditur vlla soror.
Crede mihi, nasus quod non tam forsitan vni:
Quam septem, aut octo creuerat, atq; tumor.
Lætitia at, trepidum, seclusit amica timorem:
Deinde, salutandi gratia, adhæsit ibi.
Quando Palatinus cœpit sic ore profari,
Instituens, æqui, iustitiæq; gradus.
Cur ego sim missus, cognoscis amice Senatus:
Curq; reformaui te modo credo scias.

 Inuio-

Symboyleytikon Metron.

Inuiolanda fides nobis erit omnibus vnà,
Præsidium populis, instituendi, & opem.
Iuris imago tui mœret, queriturq; relictis
Ritibus, & sperat ius reperire suum.
Cuiq; suum tribui, ius dicitur: inde cauere,
Ne, tibi quæ renues: alteri, iniqua geras.
Iudicibus scelus est, parti, cùm dicere debet
Iustitiam, patula, munus inire manu.
Nocte, dieq; potest cunctis, ius reddere iudex:
Dum, puro affectu, conspiciatur agi.
Iudicio caueat iudex iratus in vnam.
Partem: neu fuerit sanguine iunctus homo.
Audio (quod turpe) vt fœmellæ parcitur omni
Quæ iusiurandum, conterit ore, sacrum.
Testibus, & quanquam conuinci, à iudice, possi
Iudex non audet, seu leuitate nequit.

Corruptela periurij in vsu Cracouiæ.

Masculus vt pariter periuria perpetrat: inde
Plus, tolerare scelus, quàm reprobare datur
Cur: ego non video causam: non suadet honestas
Non hominis probitas: nulla Deiq; fides.
Amplius esto nefas: quòd vir persæpe regatur
Fœmineo sexu, traditus instar ouis.

Ne mulier viro

Non tamen id tangit communia commoda, ꝑpter
Vtile priuatum: quod vir, vt optat, habet.

Iuterierit

In Prætorum Crac: Electionem.

Intererit tantum, me custodire supremum
Ius, & honestatem ciuis, onusq; meum.
Quale meum sit onus: dixi, repetamq;. Cauere
Ne benesuada, super me cadat, ira Dei.

imperet Deus & natura vetuit.

Vos igitur moneo, qui Regia sceptra tenetis,
Discite iustitiam, discite iuris onus.
Dirrigite obtusas aures, documenta tenete
Fixa animis vestris, quæq; docenda gero.

Initium Sapiētiæ Robur iurium.

Ius male perceptum, vestra tellure fuisse,
Causidici sola simplicitate, probo.
Nullius, hinc oritur, legis concordia: quare
Ignorat iudex, cui tribuenda fides.
Interpres legum dubiarum, AVgustus, habetor,
Ille SIgismundus Rex: quia solus herus.

Solꝰ Rex interpres legum.

Fortuita, ac quoties res postulat, inter abusum,
Et tempus, toties ius variare potest.
Actor vt instituet, quem vult, ad iura, citari
Nō vocet ad propriū, sed, Rei, ad acre forū.

Actor seq: forū Rei.

Iure tamen poterit contractus, vndiq; lati,
Iuxta Cyrographum, quemq; vocare Reum.

Iure contractus.

Spiritualis homo, coram, stet, iudice sacro,
Ni, quid, contra ipsum, criminis actor agat.

Iure personarum.

Non decet actorem ignotos adducere testes
Iudicio: in primis, ni reus, acta, neget

Rex legū moderator.

Quando

Symboyleytikon Metron.

Iurium cõmuniũ gradus.

Quando fatetur onus, quod oportet teste probari:
Causa fit & breuior, lucidiorq; fide. (stum,
Non, inhonestus homo, in testẽ, admittatur, hone-
Improbus, aduersus, nec sit in vrbe; probum.
Pro domino seruus, nec contra, est testis habendus,
Ius etenim prohibet, iudiciumq; cauet.
Si tibi amiticia, vel sanguine, iunctus amicus
Testis erit: debet quaq; carere fide.
Non consanguinei, non affinesq; petantur,
Contra aliquem in testes: hos quia iura vetãt.
Ciuili causa, contra, quæ teste probantur,
Non admittetur vis replicanda probæ.
Sit tamen in casu falsi concessa querela:
Qua falsos testes, fune ligare licet.
Tunc capitis casus fuerit. Sententia contra
Autorem, & testes, sæua gerenda venit.
Proderit interea, ciuilem pendere causam,
Donec erit, sceleris, res manifesta foro.
Insuper examen non est, vt fabula, habendum:
Solus, cum solo iudice, testis erit. (do?
Quid sciat, edoceat: cur? atq; vbi? quomodo? quã-
Hostis an ipsius, quem premit ore, foret?
Testis num intererit: sit an vnus victor, an alter?
Vtile vnum spectet, damna vel inde, sibi?

Vt tulit

In Prætorum Crac: Electionem.

Vt tult eloquium: si quid retulisset ineptum:
Omnibus in punctis, tunc cadat ille fide.
Conueniant testes dictis: si dissidet vnus,
Cum reliquis, dignus suspitionis erit.
Periurus testis, patrio, priuetur honore:
Et meritas pœnas criminis, ære luat.
Non iuramentum, parti nisi fortè careret
Teste, Reæ dabitis: quando petita negat.
Actrici parti, est dare iuramenta, nefandum,
Causa lucrandi, quæ sine teste petit.
Et velut, Actrici parti sine teste vetatur,
Vis ea vincendi: sic, sine teste, Reæ.
Cum Reus, Actoris, fore vera petita fatetur:
Non, iuramento soluere fassa, potest.
Res confessa valet, plusquàm si teste probetur:
Sic, asserta, probet pars Rea, quæq; cupit.
Vt tulerit iudex decretum, parte citata,
Iudicium expleuit: quod reuocare nequit.
Quottidie, sed enim, sunt, hæc deducta senatu:
Carmine, conatus sum cecinisse meo.
Audax si quis erit contra, documenta, Sanuto
Spondet Alexander, cuncta docere probè.
Scilicet hæc, iuxta MAGDEburgensia iura,
Saxonicum & speculũ δόγμαθ᾽ honesta fore.

C Qui secus:

Symboyleytikon Metron.

ἀποσιώπησις. Qui ſecus: ignorat leges: ratione carere
Scripta queunt dici: ius lacerare ſuum.
Omnia iura Chaos: diſcordia maxima multis
Articulis eſſet: ius & inane foret.
Concordãtiæ exemplum. At, qui maturo eſt examine, iure peritus:
Sarmatiæ inueniet ius, velut omne, bonum,
Præcipuè hoc veſtrum Magdeburgenſe, Senatus,
SAxonicũ & ſpeculũ, quod datur vrbe tua.
Si ſic: cur, vſus, aliquo ſine iure, repertos
Cauſidico indocto, non modo ſternis humi.
Lege ſub & nulla, ne corruptela ſequatur
Vlterius peior, verba notate mea.
Verba notate mea, ô ciues, tuq́ alme Senatus,
Omne ſuperuacuum, ſub ratione loca.
Quod caret inſcripto titulo, ſeu iure Polono,
Excipe: ne dicas. Vſus vt ante docet.
Vſus hæreſis cuiuſlibet alimentum. Vſus enim nocet: &, naturam mutat, in artem
Quamlibet: ingenium voluit, ineſtq́ Deo.
Deinde voluptates pergunt. Quis diceret vſu
Qualia vota cadunt? quota cupido venit?
O nimium dictu facinus, maiuſq́ probatu
In præiuditium Regis, onuſq́ tuum.
Honeſtatis gradus Iuſq́ peregrini, ſiue hoſpitis, audio, contra
Omnia, neglectum, iura Deumq́ fore.

Pauperis

In Prætorum Crac: Electionem.

Pauperis hoſpitium, cuius tu tutor haberis, et vinculum.
Prouentuſq́ eius, iam leuitate trahi.
Prælia quottidie, & rixæ, liteſq́ ſequuntur
Plures, quas debes tollere, quando potes.
Flebilis impietas abſit tollenda labore:
Sola dei pietas adſit amica tibi.
Inſtat & huic populo, veſana penuria rerum:
Ni tuleris, ipſi, fertilitatis opem.
Quale ſit auxilium quærendum, hoc tempore dicã,
Ne nos pæniteat, quid ſiluiſſe boni.
Regula ſi fuerit vendendi, ſicut emendi: Tutelæ
Omnis emat: nemo vendet: vt ille cupit. publicæ
Æquum erit, vt iuſtum lucrũ, ſibi comparet, ære. gradus &
Quiſq́ ſuo expoſito: ſed ſine iure nefas. vinculũ.
Ius erit hoc tanti, quanti æquis vendere libris,
Quæ mercator, emit, conſolidata ſuis. (annũ,
Quanti emere? Hoc ſapias, non iuxta craſtina, at
Cras quia quod ſeptem, quinq́ dabatur heri.
Fallitur his precijs miſer, & langueſcit in hora:
Confectuſq́ fame, ſe ſaturare nequit.
Infima paupertas, cur non, quocunq́, tenetur
Inſolito precio ſoluere, pane vt eget?
Tu tamen, o cuſtos, oculos aperito. Docemur
A patre cœleſti, quod ſumus vmbra ſoli.

 Fraus in-

Symboyleytikon Metron.

Fraus inhonesta cadit, satiataq; corpora longis
Insidijs: post hac luget iniqua caro.
Ergo decet ciues, incumbere rebus honestis:
Req; cauere mala, ac inuigilare bono.
Æquitatis gradus & vinculũ. Inuigilare bono: est communia commoda ferre:
Vtile priuatum spernere quandò nocet.
Si tamen ad placitum mercator vendit, emitq;:
Mercator melior, qui meliora gerit.
Cum caret vrbs epulis, date præmia, cuiq; gerenti:
Qui contradicet, suppleat ipse satis.
Suppleat haud sicut, venduntur, tempore veris:
Ast velut in precio, tempore messis, erant.
Dicet ad hæc aliquis: si tanta pecunia non est
Pistori: quantum cuiq; necesse foret?
Respondemus ei, segetes tellure polona
Sunt satis, omnis emat, vendat et id, quod habet.
Cũ caret, haud vetet, agricolas huc ducere panẽ,
Venderéq;, exposita regis, in vrbe, stipe.
Pernicies inopum, nam talis magna fuisset,
Clemẽtia Amplior ac hominis. qui prohiberet opem.
Magnifi: Vendere sic ergo liceat, quæ tempora poscunt:
Palatini Præcipue segetes, vina, dapesq; foro.
istius. Et si quod damnum: (Quia forsan regia cessant
Obiectio Molendina) æquum vectigal esset agi.

Panibus

In Prætorum Crac: Electionem.

Panibus huc coctis properans, teneatur, ab omni
Quindecima, solam proin numerare, stipem. Remediũ
Alter erit nemo vendendi dignus honore:
Vectigal his numis, vtilitas & erit.
Qui negat, huc censum, proprio persoluere Regi,
Non vrbem introeat pane, aliudq; gerat.
Non pistor fiat ciuilis. Rura gubernet.
O vtinam lex hæc, staret, honesta diu.
Dico ego, quod vellem, propter communia, terræ
Commoda: sed ritus Rex fabricare potest.
Rex pius est dominus rerum, et fabricator honesti Sola regis
Subsidij: populo præsidiumq; suo. omni potentia.
Soluere, qui Regi, occulta ratione, caueret:
Gaudeat euadens: Sin, sine pane, fleat.
Vtilitas esset sic totius integra regni:
Diuitis agricolæ, pauperis, atq; fori.
Sunt inopes plures, qui abiecto vomere, causa, Vis Gulæ
Cracouiam, potus, visere sæpe solent.
Temporaq; obscænis perdunt preciosa tabernis:
Et scelera ediscunt, & bona nulla docent. Pernicies.
Filius, à patriæ trahitur pietate, senectæ,
Vt bibere edidicit: quod scelus oro caue. Peccatũ.
Pondere, vel vlnis falsis, qui vendet, emẽtue: Falsitas.
Res inopi detur, proditione sua.

 Ciuibus

Symboyleytikon Me-
tron.

Ciuibus haud liceat, rem, vi conuertere in vſum
Violẽtia. Alterius proprium, nec violare domus.
Vim vi repellere licet. Si patitur quis vim: manibus, pedibusq́ repellat,
Qui ſibi vim tulerit, nil timeatq́ forum.
Non ſecus incipiat lites: non currat ad arma,
Iuſtitia. Non vocet ad ſe alios, ſed niſi iuris opem.
Ergo caue pro poſſe tuo, celebrande Senatus,
Ne cui fiat onus, ciuibus vrbe tuis.
Modeſtiæ officiũ. Pauperis eſt adeô his terris numeroſa caterua:
Eſt, laruatorum iam, ſine fine, cohors.
Paupertas rogitat, ſibi, quód tribuatis amore
Omnipotentis opem: Sed dare cuiq́ nefas.
Deſidiæ hoſpitiũ. Sunt quia ſe ſimulant ægros, ſine veſtibus eſſe,
Plenos plagarum ſe fore vtroq́ pede.
Fraudis ineptia. Se fingunt aliјs ſtultos, & lucis egenos:
Sunt tamen, & fortes, incolumeſq́ ſatis.
Sæpius hinc homines dubitantes his dare, nõ dãt
Alteri opem numis, ſic paiturq́ miſer.
Quare animaduertes: ne quis ſine teſte fideli,
Cautela. Et venia veſtra, poſcat amore Dei.
Præcipue ad valuas templi, petulanter &, ædes,
Nullus homo introeat, quo ſine iure, tuas.
Cur? quia ſæpe nocet: iuuat & nil, talis eundo
Modus furandi. Pauper homo petulans: fur vel iniquus homo.

Ruſticus,

In Prætorum Crac: Electio-
nem.

Ruſtitus, omnis iners & idoneus arte vagando,
Compede cogetur ferre alimeuta ſibi. *Vagus.*
Hic quia delirat, contra mandata Parentis *In ſudore*
Æterni, hinc alios viuere fraude docet. *vultꝰ tui*
Qui vagus, & ſine, qua parte eſt virtutis, ab vrbe *veſcere pane tuo.*
Abſit: & in furti re, Reus eſſe queat:
Attamen expurgare queat ſe, teſte recepto, *Pauper*
Integris fama, tempore & inde loco. *nõ infa-*
Abſit & ebrietas, clamor, ſtrepituſq́, furorq́, *mis ſuſpi-*
In plateis hominum, qui ſine honore ſtrepunt. *cione euadit.*
Proin prouiſor eris ſegetum: ne forſitan vrbi,
Tetra fames adeat, te ſine mœror erit. *Ebrietas.*
Auxiliator ero: fuerit ſiquando neceſſe,
Cracouiæ & Præſul, nobilitaſq́ pia.
Spondeo regale auxilium, vireſq́ meorum
Nobilium, & fratrum. Plura nec ore ſequar.
Hæc vbi compleuit: ſubito reſpondet amicè
BArtholomeus Habict, talibus inde Duci. *Reſponſio Senatus.*
Sæpe inter noſtros oritur diſcordia ciues:
Soluere, quam propria poſſumus vrbe ſtatim.
Nõn tamen iratus cum nobilis irruit vllum
In ciuem, quicquam conſuluiſſe boni.
Sed, veluti ſuades, erimus obedire parati,
Conſilioq́ tuo, fiat vt ipſe iubes.

Si periu-

Symboyleytikon Me-
tron.

Animad-uersio.

Si periura, nocet sacrato, fœmina, iuri,
Et male perceptum ius sit, id ergo mone.
Pauperis hospitium, nobis erit omnibus: vt res
Nostra quidem cordi, sic peregrina fides.
Eloquar, an sileam, quanquam siluisse iuuaret:
Non tameu omittam, vera colenda, loqui.

Voluntas et non defectus est causa penuriæ.

Causa mali tanti, tristisq; penuriæ habetur,
Improbitas hominum, non leuitate seges.
Quisq; suas, precio maiori, vendere fruges
Appetit: & prohibet dexteritate dari, (no-
Cur? quoniã sperant magis, vt vendentur in an-
Proximo, et inde minus, far, segetesq; valent.

Auaritiæ crimen.

Seu, repetiti æstus nimio feruore, putrescunt:
Contritquè leui gurgulione ruunt.

Ira Dei verenda est.

Displicet hoc summo, qui fert animantibus, anno
Quolibet, humanis, omne necesse, Deo.
Nosco opibus plenos cupidos adeoq; peculi,
Quod segetes faciunt vendere, in vrbe, stipe.
Non erit hoc ingens facinus, cum diues auarus
Vir, rudis agricolæ fungitur arte, sacer?
Sic malesuada fames crescit: rea crimina pergunt
Nam, bona qui retinent, impietate vigent.

Licentia rusticana.

Ipsius exemplo, sibi, plebs tunc infima suadet
Omne licere nefas: esse bonum, quod obest.

Quare ho-

In Prætorum Crac: Electio-
nem.

Diues homo, & auarus homicida est penes Deum.

Quare homicida potest, taliratione, vocari
Diues, & impatiens omnis auarus homo.
Nos penes, at ritus Venetorum, quando fuisset:
Non ea, egestatis, causa verenda foret.
Tempore maturæ frugis, preciatur ad annum,
Quod satis, ipsius, est pro ratione loci.

Exempla Venetorũ

Æreq; priuato, seu publico amore, modestis,
Alma Ceres precijs soluitur atq; datur.
Quãti ergo accipiunt, tanti æquo põdere, vendũt:
Hinc, seges alterius, venditur ære leui.
Non tamen esse satis posset, causa hospitis, vrbem,
Qui varijs horis, introit: atq; redit.
Est locus instructus, pro tali tempore, & vsu.
Fonticus hic fertur, pro pietate ratus.
Pauper homo hic reperit fruges, panemq; receptat
Non magno precio. Quod satis esse volo.
Dixi ego: & inuisus fuero: malo attamen actis,
Me placuisse Deo, quam studuisse viro.
Deniq; quod mandas, patriæ celeberrime custos
Istius en fiat nostraq; Spes tua erit.

Prouidẽtia diuina.

Quadraginta annos, regio hæc tibi laude regetur:
Iuditij extremi, ni foret ante dies.
Longa, tui aduentus hac vrbe, memoria stabit
Grata, salutiferæ, lux tua, pacis erit.

Quod pa-

Symboyleytikon Metron.

Gratiarũ actio Deo

Gratiarũ actio Regi.

Quod pater omnipotens, & Rex, te, adiunxerit urbi,
Præsidium: grates reddimus ore Deo.
Inde sacro Regi, nobis sine fine colendo:
Cui Deus aspiret, tota cohorsq; sacra.
His habitis, vario discrimine verba sequuntur:
Non tamen, hoc nostro carmine, digna coli.
Interea accedunt serui, pueriq; canistris,
Triticeo plenis pane, aliiq; rudi.
Fertur &, intrepidos, faciens ceruisia potos,
Et veteris varii vascula plura meri
Orbibus argenti, & coclearibus, altera vilis,
Insequitur serui, sic onerata manus.
Altera pars iuuenum tonsis mantilia villis
Protinus extendunt, candidiora niue.
Dant famuli manibus lymphas aliiq; nitentes
Linteolos, manuum cuiq; madore gerunt.
Tunc subito apparent, triginta allata, ministris
Non ignobilibus, fercula plena sale.
Cardo strepit portæ, libratis, quando ferebat.
Gratuitas, patinis, pulchra iuuenta, dapes.
Allatu quarum, raucus penetrarat, vtraq;,
Nobilium & ciuis, clangor, in aure, tubæ.
Musica grata gulæ tanquã auribus, ornat, olentes
Persuadetq; frui, denteq;, & ore, cibos.

Fistula

In Prætorum Crac: Electionem.

Fistula amica sonat: strepitantia cornua suadent
Quemq; sedere, suis dexteritate locis.
Cracouiæ Præsul, P ADneuius, ergo PHylippus
Sede fuit primus: Duxq; secundus erat.
Tertius à Tarlo, Castellanusq; Radomi:
Nunc alios plures, non memorare volo.
Parte, senatores, alia, sedêre vicißim,
Alterius Thalami, pro ratione gradus.
Bartholomeus Habict Proconsul primus habetur:
Cautus Erasmus ibi, deinde Cecotka fuit.
Tertius ille Cyrus, qui, longo tempore, prodest
Ciuibus, ac vrbi, iure fideq; sua.

Triumphus generalis.

Continuò incipiunt proceres prandere: recentes
Vix gustant, grata fertilitate, cibos
Pocula plena meri, mensa statuuntur onusta
Scutellis vasis lancibus atq; quadris

Salutationes gratiosæ.

Post epulas primas, Prætores octo decenter
Pro sacri Regis deinde salute bibunt.
Heroesq; illis sic respondêre, repletis
Crateris, guttam nec sinuere e vitro.

Signum amicitiæ et deuotionis reciprocæ.

Altera et inde vice insequitur pro Præsule: demũ
Proq; Palatino, pocula plena trahi.
Respondent proceres, animo, facieq; serenis,
Proq; senatorum nomine, proq; suo.

Donec e-

Symboyleytikou Metron.

Discessus.	Donec erat noctis, seu vesperis, hora secunda:
Liberali-	Tempore quo, facibus pluribus omnis abit.
tatis signū	Ante abitum tamen, electo à Prætore petuntur,
iusticiæ	Libertate frui, corpora digna nece.
& pieta-	Lætitiæ signum ingentis: vis maxima iuri:
tis.	Spes adeò fallax: dexteritatis onus.
Nouem	Quodq́ Palatinus gratis concessit: & ipsa,
morte di-	Luce duos soluit, septem aliaq́, Reos
gni libe-	Interea, heroem, vt sociabant desuper arcem,
ratur ex	Intonuêre tubæ: clamor ad astra volat.
carcere.	Tunc trepidat Pluto: mœret Proserpina centro:
Testimo-	Iubilat, in cœlis, tota beata cohors.
nium di-	Ciuis honoratus, virtuteq́ præditus omnis,
scessus.	Sperat de hoc, digno gaudia plura, Duce.
Spes bo-	Alter inhumanus, vitijs, & fraude repletus:
norum.	Suspicione timet: quem sine laude sino.
Timor	Et sine laude sino, qui mordet honesta, bonorum,
malorū.	Scripta poetarum: seu pia dona Dei.
Cōtēptus	Hos ego mentiri non curo. Nanq́ fatentur
in īuidos.	Omne malum melius: peius & omne bonum.
Fures la-	Carmina fert alter furtim: furtoq́, latronis,
tēt vt Pas	Dignus eo, aut furis nomine talis erit.
qulos tre-	Desipiunt alij, dicentes se esse poetas,
pidè agē-	In nebulis, quorum scripta sepulta cubant.
tes.	

PRO

PRO HEROICA FORTITVDINE SEV (IVXTA CHRISTIANOS) DIVINA PATIENTIA: IN HVMANAM TENTATIOnem, quam nos Sortem appellamus.

EIVSDEM AVTORIS.

METPON.

(cere
SÆpe iuuare solet, SORS improba, quādo no-
Fortibus, inuigilat, magnanimisq́ viris.
Magnanimus fertur non audax, fortis at heros,
Sydere sub Martis, qui fuit orbe satus.
Nil ea obesse potest vbi non assentit habendas.
Vir probus, eius opes. siue caduca bona.
Et si opibus spoliat, propria virtute, sed, vllum.
Non spoliare potest, cui studuisse placet.
Ingenio celebres, gaudet pessundare natos:
Nil, rudium, curat Sors leuitate frui.
Hinc homines vidi sontes regnare sub alis.
Ipsius in patria, proin perijsse dolis.

Siceti-

Pro Diuina Patientia.

Haud secus insontes vidi diuinitus isse
In patriæ exilium: deinde redire probos.
Quod neq; mirandum: diuino nam ore probatur
Est, patria, acceptus, nemo Propheta, sua.
Quo fit, vt ex patria fas est patienter abire
Magnanimo, certam nec dubitare necem,
Sunt homines quoniam plures, iustiq; pijq;,
Auxilio quorum, sors nocuisse nequit:
Expectare licet tempus. Laudabile totum
Si bonus est finis, fertur, amice tuus.
Tria hæc simplicia quęlibet ad beatudinē ducunt. Cúm tibi fert aurum, gaude. Cúm subripit, illam
Irride, cautus scire, quid ipsa velit.
Tu quia lucraris nimium, qui transis acerbos
Casus aduerso tempore: crede mihi.
Magnanimus non omnis erit: nec ferre valebit
Ipsius casus. Quid sibi? forsan ais.
1. Subditus Dei se noscat. Sit rudis aut mulier, vel iniquus masculus ille
Subditus æterni sit memor esse Dei.
Naturæ fines noscat, vitamq; necemq;.
2. Sperat in aduersis. Sperat in aduersis, gaudeat atq; bonis.
Deniq; victor erit. Sortem ratione repellet.
Sub niuea tandem Sors Ratione cadet.
3. Gaude at bonis. Ergo viro forti freto Ratione negatur
Et timor, & casus Sortis, & omne nefas.

Fallere

In Humanam Tentationem.

Fallere Sortem adeo facile est. Patientia vincit.
Sola repentinos eius in orbe gradus:
Si patienter homo patitur discrimina, Sortis
Vlterius quæso, quid dubitare datur?
Nam velut ascendit, sic hæc descendit ab alto:
Tempore quo sapiens, se releuare valet.
Iura nec offendit, nec vires corporis: at rem.
Quæ venit, & vadit. grandis vt vnda mari.
Si mihi sunt inopi bona pauca: offendere pauló
Me poterit: sed si plurima, plusq; potest.
Contra quam valeo, telis cum talibus omne
Quod teneo, statuens non fore ritè meum.
Ipsius autumans propriū vsurpasse. Quid vltra?
Si mihi quid tollet, subripit ergo suum.
Nec dubitabo, eius vires dominantis iniquæ:
Sed sperabo, dei dexteritate regi
Alteriusq; viri, cum rem turbabit, honesti,
Solabor miserum, carminis huius ope.
Quod niueum carmen solers Patientia fertur
Ingenui, fortis, magnanimiq; Viri.
Scilicet illius qui facto agnoscit Iesum
Non verbi varia fertilitate sui.
Argenti specie, qui sit tentatur, & auri:
Non tamen ille sua relligione cadit.

Relligio

Pro Diuina Patien-tia.

Relligio est hominis: verum sperare datorem,
Cuiuscunq; Deum, quod sibi in orbe deest.
Nec curare auri splendentia dona caduci,
Nec mundi regimen: sed nisi mente fidem.
Quæ sibi concedit quantum Natura requirit:
Vlterius prohibet: quo datur omne scelus.
Si tibi regnanti, bona seu quàm plura tenenti,
Est satis id, qđ habes: quid magis inde cupis?
Quando tuis seruis nil deficit: æreq; abundas:
Spernere pauperiem, sic erit, vtq; Deum.
Si forsan, deerit dices (nam casus in hora
Accidit) inde mihi quis bona rapta dabit?
Desipis asper homo nec eo puto nomine dignus.
Nam sine velle Dei, nil fit in orbe nouum.
At si præsumis contra mandata, tueri.
Posse, Dei, te ipsum: scito deinde mori.
Num periere tui patres? Sumus orbe caduci.
Sub vario casu vita animantis adest.
Pars elementorum, Pars cœli, siue profundi:
Pars etiam Sortis, seu Rationis erit.
Pars elementorum est caro, sic humentia cuncta
Quæ sine sunt anima spiritibusue solo.
Pars cœli, aut centri: est hominis tunc spiritus ille,
Corpore qui recubans, Solis amore viget,

Contra Dei velle nil fieri potest.

Pars ea

In Humanam Tentatio-nem.

Pars ea sed Sortis cæcæ, aut Rationis apertæ,
Arbitrio, est, hominis dexteritate, data.
Dexteritas rerum est præsens vnire futuro:
Voluere præteritum mente: videre modos.
Hinc bene conueniunt patrū documenta priorū,
Quæ prohibent opibus, nos vigilare viros.
Vir petat Empireum studijs: virtuteq; famam,
Sic colere, vtq; coli: nil timeatq; necem
Proin sibi nil deerit terris. Gaudere licebit
Rebus & aduersis, & magis inde bonis.
Omnibus est grauior formido affectibus vni,
Qua, nec homo fortis, nec vir habendus erit.
Dic mihi: quid mauis sperare: an forte timere?
Spe timor est peior sentis amice: scio.
Libertate tamen non in discrimine vitæ:
Nam timet, & sperat: carcere clausus homo,
Carceribus captus, seu libertate remotus,
Excipitur. Melius spem fore, credo refers.
Quodq; ego concedam. Sortiris Cæsar haberi:
Insidias plures nonnè timere soles?
Quando timere soles: tibi nil Patientia prodest.
An geris à stimulo, qui tua vota trahit
Si nocet en stimulus, non est, regnare, salubre:
Dignius est studium pauperis arte manus.

E Vtilitate

Pro Diuina Patien-
tia.

Vtilitate frui licet, & moderamine recti:
Si datur, à superis, gratia tanta viro.
Quæ cui præstatur non fit specialiter vt se
Induat. ast, aliјs vt, pietate gerat.
Nec sibi præsumat, concessum, aut arroget esse
Pro virtute sua sed bonitate Dei,
Tempora nec violet, quin sit retinere paratus,
Quod dant astra sibi, perdereq́, vt sit opus.
Sunt incerta solo, quæcunq́ dicantur ab astris:
Luditur insipiens, à leuitate sua.
Hora vna gaudet: varia mœretq́ secunda:
Quo stimulo, peior paupere diues erit.
Sum memor vni homini loca iam concessa fuisse
Quæ, longo, optarat tempore propter opes.
Munere quo gaudens, vinum, sociosq́ petiuit:
Quando, repentina febre, salutis eget.
Nec potuit fidis medicis, opibusq́ leuare
Amplius ex lecto: donec inhæsit humo.
Quæsitum est hoc à medicis: dixêre, cruentis,
Lætitiam, in causa nempe fuisse, necis.
Vidi hominem Græcum, tenui de stirpe, potiri
Sede Valaccorum, calliditate sua:
Nec contentus ea, Turcas ad prælia tentat.
Cum Sors omne suum, proditione rapit.

Cui dede-

In Humanam Tentatio-
nem.

Cui dederat vitã, Stephanus, cognomine Tonsa
Hũc perimit propria (proh scelꝰ acre) manu.
Quæsiui causam à multis, dixêre fuisse.
Perfidiam illius, quæ nisi Sortis opus.
Ieronimusq́ Stesi infensus mihi teste Susannæ:
Carminis, autorem se facit, ante mei.
Insipiens operis: nam me credebat sub Orcum
Pellere sed fecit me tetigisse Deas.
Improba tunc etiam mihi Sors tentabat obesse
Profuit at studijs. Munera dante Deo.
Lætitia tali sceleratus hic hostis abusus
In morbum, subitò quo perit, ille cadit.
Inquirens causam, video leuitate tumentis
Cordis inhumanum succubuisse reum.
Ergo nimis gaudere nocet: tristarier vnquam
Non decet heroem, magnanimumuè virum.
Si fueris sine numo hodie, cras forsan habebis:
Cras, quod babes hodie, forsitan omne perit.
Delitias auri tàm quàm vitalia: posses,
Nam fieri infirmus, siue repentè mori.
Ast homo qui Sortis discrimina temnit acerba,
Iureq́ se vestit, tum Ratione Dei:
Affectus patitur nullos, mendatia nulla
Noscere vult æui, semper, at, vnus adest.

Et si mors

Pro Diuina Patien-
tia.

Et si mors aderit. Quidni? Sua debita soluit
Ante diem, statuens carcere liber agi.
Hinc fit vt in cœlo, & terra, non mortuus esse
Magnanimus fertur, qui bene vixit humi.
Est celebris virtutis opus, penetrare labore
Aßiduo mentis, numina celsa poli.
Segnitiem fugiens habet, à pietate suprema,
Omne quod ipse cupit, dulce, decusq;, bonum.
Alitis exemplum, alteriusue aniãtis, habeto:
Cui fert omnipotens quodq; necesse sibi.
Sic varijs terræ brutis animantibus, herbæ,
Vitibus, ac plantis, arboribusq; datur.
Si rudibus rebus, pietas suprema dicauit
Temperiem victus: cur dubitabis homo.
Hæc præcepta nota, si vis celeberrimus esse,
Sis pius & sobrius luxuriamq; caue.
Sobrietate labor, pietateq; fama, nitescit,
Cultus amore: quibus tu tribus oro stude
Solis imago quia est nobis ostensa labore
Atq; planetarum. Quid magis ergo cupis:
Qui datus est epulis, plumis, blandisq; puellis,
Ille superficie, crimina multa patrat.
Nil curat verum, nec famam nilq; pudorem,
Nil pietatis onus sed nisi ventris opes.

In Humanam Tentatio-
nem.

Sic inhonestatis speculum brutiq; grauamen
Factus erit talis stultus iniquus iners.
Hic alios ridere solet mendacia tentat:
Quemq; iuuare cauet: cuiq;, nocere probat.
Hic gaudet nugis, lingua huius, dente canino,
Mordet honoratos (turpe nefasq;) Viros.
Hic credit tenebrare suos, sine lege furores
Prætensa alterius sub leuitate rei.
Quando Virum culpat iustum: non esse nefandũ,
Iudicat, ipsius crimen, & omue scelus.
Excusatur enim alterius leuitate. Fatetur
Desidiam, somnum, furta, gulamq;, bonum.
Diligit omne malum, potu, vitijsq;, sepultus:
Nil valet in tali corpore mens nec amor.
Segnitiem quare frenans, Veneremq;, Gulamq;,
Non aliena rapit, iusq; Deumq; colit.
Nec dubitare potest eius discrimina vitæ:
Quin, animo forti, nil scit obesse sibi
Est ratio in cœlis, sed enim, quæcunq; reguntur
Ordine diuino, nil sine lege datur.
Præstat vbiq; dies: & nox frigusq;, calorq;.
Viuitur ex sola fertilitate DEI.
Dedicat hic fruges cunctis viuentibus aura,
Pro capitum numero, commodiore loco.

Pro Diuina Patien-tia.

Stringere nescit homo glebas æstuq; geluq;
Empirei nutu patris, vt aura facit.
Quid magis est clarum nobis animantibus ergo.
Hac Ratione patris, speq;, fideq;, Dei?
Ergo Dei Ratio, sed non Sors vana, quotannis
Gramina fert nobis, indubitata, satis.
Per quot idem tempus nocuit, Sors cuiq; creato:
Per tot idem debet deinde fauere viro.
Nosco rudes homines, foliorum ast arte peritos
Ludere tali adeo dexteritate ioci.
Quod minime possunt Sorte aduersante peculum
(Fraudibus exceptis) perdere, siue parum.
Cùm petij causam. Istorum Patientia vincit,
Est mihi responsum, Sortis inanis opus.
Quos tamen, vt furor, aut iræ vis maxima soluit.
Tunc subitò, à vinclis, soluitur illa suis.
Hæc quia, quàm nocet, & sua fulmina tendit in (vnũ:
Tã meritò debet, proinde iuuare virũ.
Sic vbi cæca fauet, nulla Ratione verendum est
Ne, quid, concipiat flebilis, inde mali.
In cunctis ergo grauioribus, adsit honestas,
Suauius & medium, quod Deus orbe probat.
Ritibus his ergo concludo beatus haberi,
Qui, sine qua, viuit, lege timoris, humi.

Diues &

In Humanam Tentatio-nem.

Diues & omnis erit, magno sine pondere, numi
Contentus tenui pane ciboq;, suo.
Felix qui fruitur voto pietatis habendæ
Æthereum lumen, deniq; nanq; colet.
Noscere quisq; potest, quæ sit, Patientia mundi,
Quando iuuare probat cui nocuisse vetat
Hoc mihi præceptum statuens, vocor ipse beatus:
Nam patiens disco quid sit honoris onus.
Hic bilem freno: freno leuitatis & orsum
Illic: incipiens tangere mente Deum.
Experior patrias plures, vrbesq;, locosq;:
Donec, erit nobis, vna serena dies.
Quod mihi non fuerat primò. Patientia quando
A nostris, aberat, corde, modisq; procul.
Si careo experior pariter secreta virorum
Corda. Quid est melius forsan in orbe datum?
Et referam, protestor ego, & modulabor honestũ
Ac inhonestum hominẽ, quẽ modo rite probo.
Nec tam simpliciter gestus quam regna locosq;
Huius, & alterius, præmia, & ora rudis.
Gaudeat hoc iustus: veluti tristetur iniquus.
Odãt Isipiens, me sapiens, at, amet.
Nõ, precor obscœnos homines, ꝗ honestos, Sauuto
Vota colant scriptis, vituperantuè suis.

Res bona

Pro Diuina Patientia.

Res bona sola patet. Demum probat exitus acta.
Omnipotens iudex credite iustus erit.
Me quotiesq; ferit, vesana calumnia plebis
Insipidæ toties lætor: vt inde prober.
Aurum nam nitidum, nitido cognoscitnr igne,
Vnius & probitas tempore cuiq; placet.
Me tamen inuisum fateor gaudentibus, instar
Porcorum, crapula, delitijsq; gulæ;
Et doleo leuitate eius, qui credit. an audit
Hos plenos epulis, inuidiaq; sues.
Audio fœmineum sexum maledicere, quando
Non implere potest vota inhonesta sua
Audiui pariter, quòd sic agit inuida turba.
Quid mihi cum tali gente perinde rudi
Passus in orbe fui discrimina plurima: cautus
Edidici posthac quæ sit habenda fides.
Nosco, quid est peius: nec mœreo casibus vnq;
Suspicor, haud timeo: nil reprobare probo.
Gaudeo nil tenebris mundi dum contero metam:
Est vbi nil certum, quæq; caduca volant.
Nescio quid poterit mihi cras contigere: puncto
In minimo terris multa pericla patent.
Qualia sed prostant discrimina forte nocendi,
Auxilij, talis prostat vbiq; locus.

Legibus

In Humanam Tentationem.

Legibus his alitur clemens Patientia. Quam si
Vir fert, Sortem atram vincet, & astra petet.
Qui minime norit, quid sit gaudere, patiq;,
Non regnare potest, impatiensq; cadit.
Sed qui forti animo grauiora pericula portat,
Auxilium inueniet Patris, opemq; virûm.
Spes tibi sola Dei sit lympida, sperneq; mundum:
Tu poteris fató liberiore trahi.
Hei quoties vidi discrimina grandia terris,
Quæ fieri nemo credidit ante diu.
Et meliora dari, non expectata per annos
Gaudia cœlorum, non sine velle Patris.
Ergo licet fari. Omnipotens miserere tuorum
Qui sunt submersi criminis arte leuis.
Da mihi præsidium vt valeam me à morte tueri
Nam nullum præsens nosco nisi id quod erat.
Dum voluo fixos oculos, mutabor: & ille
Non sum qui fueram: tollitur aura mihi.
Ergo Dei studium quæram. Patientia tollat
Insidias hominum, quæ sine luce latent.
Talia nec reprobes veterum prouerbia: quæ sunt.
Vertitur in melius tempore, sæpe lues.
Omnia perueniunt cœlesti numine nostro
Munera grata solo: non tamen omne malum.

Epithala-

EPITALAMIVM, IN LAVDEM SPONSALIS CONIVGII, INTER Illustri, & Magnifica Sobole, genitos, Andream Sieneníum, Liberum Baronem in Gologoki, & Sophiam Volsci itidem in Vola: Editum, Anno. M. D. LXXI.

Alexandro Sanuto Autore.

IVngere nobilium duo corpora prorsus in vnum
Fert animus, suadẽte Deo, quem supplico, nostris
Adsit, & aspiret iustis conatibus: vt rem
Dignã, perpetuo, celebrare, hoc carmine, possim.
Die 30. Ianu: 1571. Cõiugiũ. Me petit ergo dies terdenus, mensis Iani,
Milleq; labenti, post secula quinq;, decenni
Septimo, & vltra annum, præstantis, ad inclyta,
Stẽmata, cõiugio stabili, celebrare p orbẽ. (prolis,
Virgineas quare tædas, castosq; hymenæos,
Quandò SIEnenij ANdreæ, sub amore Sophiæ
VOLsci, vnire volo, virtute, fideq; iugali:
Hoc sponsale metrum fueram cantare coactus.

Hoc re-

Epithalamion.

Hoc reperire statim menses, annosq;, diemq;,
Lætitiasq; viri, iuncti cum vxore, licebit.
Quæ flos est patriæ, clara & virtutis imago:
Et decus, & splendor probitatis amore colendæ
Sicilides musæ cur non sociatis honestam,
Formosam Volsci nimium, charamq; puellam.
Et vos agrestes Fauni, Satiriq; sonoris,
Cantibus, atq; lyra, iam gaudetote triumpho.
Est quia visà dies ea, qua formosior, omni,
Nympha viro datur, illustri de sanguine, creta.
Prôgenies cuius, si scriptis credere fas est,
Contra Romanos proceres, gentemq; togatam Laꝰ Vol-
Prælia sæpe tulit: multoq; potitur honore. scorum.
Sarmatiam pariter iuuit. Quis dicere posset
Virtutes animi, ingenij, viresq; parentum
Virginis istius: fratrumq; perennia dona?
Hæc in conspectu procerum cùm cernitur: instar
Fit matutinæ stellæ, Solisue nitentis.
Quoq; nitore stupent homines, gaudetq; maritus
Ipsius, an sponsus, quam sic facit ore rogare.
Omnipotens, qui cuncta, pari pietate gubernat, Petitio
Syderaq;, & stellas, elementaq;, & astra vicissim: Magnifi:
Qui cælum, & terram, ac animalia quæq; creauit: Castellani
Crescere iussit adhuc homines, sub fædere sacri. Zarnoni:
Coniugij, mandans duo sola carne tueri pro puel-

Corpora la.

Corpora iuncta simul: parere sed Eua Marito.
Credimus vt fieri iuxta documenta priorum.
Cum paribus par omnis homo tamen esse tenetur.
Illustri, illustris, tali cum coniuge coniunx.
Nobilis Andreas (patruus nam fecerat ipsa
Verba.) Nepos me⁹, expetit hāc ꝑ vxore Sophiā.
Spondet & ad finem vitæ sic viuere secum.
Vt decet ingenuum & castum sine labe maritum.
Quod si est velle dei, vestrûmq́, o inclyta proles,
VOlscorum: veluti nos credimus esse: sequentur
Cætera quæ restant. Sin: respondete precanti.

Responsio illustris et Magnifi: Palatini Cracoui.

Arnouiensis Herus postquàm sic ore profatur
Voce Palatinus tunc Cracouiensis, ad ipsum
Continuo loquitur. Meus o carissime frater,
Percepimus Sermone tuo, votisq́ modestis,
Vt cupis illustri, VOLsci de prole SOPHIam
Nubere coniugio stabili, vitaq́ iugali,
Nobilitate pari & virtute: tuoq́ nepoti.
Qui quoniam proauis, atauis, patribusq́ videtur
Non indignus ea, seu nobilitate, bonisué
Fortunæ, statuere sui, maiorq́ minorq́,
Cum consanguineis, fratres sacrare puellam
Hanc nimium pulchram, tali, dignamq́, marito.
Hos, Deus omnipotens conseruet tempore longo:
Aspiretq́ suis votis. Detq́ insuper illis

Filiolos,

Filiolos, tali, iunctos grauitate, decore,
Spe, virtute, fide, ingenio, rationeq́ rerum:
Qualis vterq́ parens fuerãt. Post, sacra sacerdos
Cætera voce replet: responsaq́ sumpsit eisdem,
Huius, & alterius, non discordantia verbis.
Interea auditur Sonitus, clangorq́ tubarum,
Tympana, iã buxusq́ sonant, caua buxina turget.
Gaudia vbiq́ patent: Animo fit quisq́ sereno.
Maluatico mensas onerari, & odore ciborum
Cernitur. Hic aderãt plures, quorũ, ipse relinquo
Nomina nobilium ac agnomina scribere metro.
Post ea sacra hominum connubia, quiq́ loquuntur
In simul, & spectant formam, moresq́ puellæ
Nobilis istius superantis, quasq́ Dianæ,
Formosas nymphas, tenui inq́ ætate valentis.
Tollitur at sermo illorum: nam fercula clausa
Sub niueo lino, argenti in sex lancibus octo,
Protinus apparent, suadentq́ sedere vocatos.
Tunc aqua odoriferis herbis affertur: ibiq́
Quisq́ manus lauat & tergit fulgentibus auro
Linteolis texto & sirico. Maiorq́ minorq́.
Vnanimes, mensæ tunc consedêre repentè. (tũ.
Num Dapiũ numerũ dicam? heroumuè seden-
Amplum splendorem memorabo versibus istis?
Non equidem puto quod satis esset forsitã annus.

 Letitiam

Lætitiam ergo canam mensæ. Nuuc Bacchus in,
Alteriusq́ caput tentat penetrare sed vlli:(hui⁹,
Tunc non accipitur. virtus sine fine Polono
Cuilibet est integro homini. Saluete sequuntur,
Voce vna centum iuuenes, magnasq́ coronant
Crateras veteri vino, soluuntq́ salute
Virginea nimphæ. Totidem innuptæq́ puellæ
Respondent potu, semel, & bis, terq́, quaterq́.
Tunc omnes Gaudent, propinabantq́ repentè:
Proq́, meaq́, tua, agnoscendo pota salute:(bat·
Per caput omne sacrũ, & procerũ, & regale, lice·
Excipere: & fundo vitri se ostendere Martem.
Fæsta, iocos, ludos, iamq́ exercere: coreas
Ducere: ficta loqui: seq́ intorquere meando,
Non erat omnino absurdum ipsa luce diei.
Dicere quidni illud? pereant qui crastina curant
Si licet hoc nimium, cur non ebriabimur? instar
Gusmani quidem liber sermone profatur.
Lætamur socij, crura & frangamus iniquis
Criminibus septem. Dormit bene, qui bibit atqui·
Si fortè Inuidia hìc aderit, tunc Gloria, diro
Protinus inuadet miseram succincta flagello.
Si male sana venus: Nil est ceruisia nostra:
Debilitabit eam vitris ingentibus. Iræ
Non est quòd timeas: stat enim Patiẽtia nostrum
(Secreto

(Secreto omisso quo præcipitare solebat)
Hoc prope collegium quæ si vocitabitur eheu
Iræ non dabitur sine qua discedere pæna
Sed Gula si veniet, cui nos natura dicauit
Sacra mero dabimus: potuq́ lauabimus ora
Illius & ventrem, peccataq́ nostra. Quid inde
Nonne dijs placuere sacra? Antiquißimus Abel
Fortè probare, minus voluißet, qnando necatus
Inuidia fuit à crudeli fratre Caino.
Hæc vbi dicta dedit: tria pocula maxima græci
Soluit in vno haustu: strepitauit & ore manuq́ Hey Hey
Lætitiæ signum. Sequitur quodq́ vndiq́ risus: Hey Hey
Et sonitus citharæ, testudinis atq́ tubarum. Hey.
Organa concutiunt aures. & cuncta sonora
Instrumenta gerunt. Animi gaudete sereni.
Prandia donec ibi complentur. Deinde, coreas,
Inclytus ipsius sponsæ germanus, in aula
Hac propria ducit, celsæ capitaneus arcis
Crepiciæ, antiquo Volsci de sauguine cretus:
Nicolaus honos patriæ. Veneranda sequuntur
Nobilitas annis puerum strepitante corona
Gaudia, festa, ioci, cunctis in partibus extant.
Lætantur pueri, iuuenes, hominesq́, senesq́,
Nobilitate sati, Gaudet Sol Mercuriusq́
Cum Ioue, in aspectu sextili, quiq́ reperti.

 O fælix

Heroicum.

O felix memoranda dies, & grata quotannis:
Qua non tantū homines, quantum diuina Penatū
Sydera, lætari conspeximus æthere celso.
Non ego vana loquor mendacia: testor Olympū,
Testor humum, stellasq; simul, testorq; peritos,
Syderei cursus quosq;, & manifesta diei
Lumina. Quando diem tali spectabitis vnq;
Coniunctum tribus his, sextili quæso planetis?
Gaudia Sol homini plures prætendit honores,
Quando in sextili aspectu, reperitur aperte.
Mercurius genitos complet virtute celebres,
Quando in sextili aspectu quadroq; proteruos.
Iuppiter imperium sextili luce spopondit:
Diuitiasq; amplas homini, hoc sub limine, innctо.
Cernimus haud veluti cœlos: cum pulchra Sophia
Nympha viro datur. An nascetur forsan Iulus
Orbe nouus, Romulusue alter, dignusuè Quirinus
Coniugio ex tali? o virtus fatalis Olympi,
Te precor, aspira cœptis: concede fauorem.
Omnibus imbutis virtute, fideq; serena.
Quid non speraudum: quando inuiolabile fatū?
Da Deus omnipotens hoc omine Nestoris annos
Cuiq; viro grato: ingratis da Nestoris horam.

ODA

ODA GLICO-NICA.

IN GRATIAM ILLV-STRISSIMI, ET REVEVEREN-DISSIMI DOMINI, DOMINI PHILIPPI PADNEVII, DEI GRATIA EPISCOPI CRA-CO: DVCISQVE SE-uerien.

Alexandri Sanuto Oda.

VIR, qui, luce Dei, solum
Totum Sarmatiæ, siue Poloniæ,
Ornas, en tibi gratias
Ingentes refero. Pro quibus? Insequar.
Te floret fidei decus:
Te facta est patria hæc nostra benignior.
Te plures fugiunt mali.
Et plures homines huc properant boni.
Quæ virtus, pietas, fides,
Seu vis ingenij, seu patientiæ,
Non est Pontifici tibi
Diuino propria, o spes animantium.

Dispensa-

Oda Gliconica.

Dispensator es, omnium
Donorum patriæ, quæ tibi Rex dedit.
Iustusq́, & sapiens, probus,
Clemens, ac procerum vita fidelium.
Quos sumptus modo feceris
Pulchra Cracouia, quis ne homo diceret?
Cunctis pauperibus, Dei,
Præbendo auxilium, nomine, splendidum.
Tu cunctis monachis sacris,
Et templi varijs officialibus,
Est largitus amabilem
Strenam. Quid melius posset Episcopus?
Hinc factum est, quòd ab omnibus
Optaris populis sæpius inspici.
A cleroq́ pio tuo,
A cœlis quoq́, post tempora seculi.
His ergo rationibus
Fretus, constitui nunc tibi dicere
Salue: noster Episcope:
Nostrum præsidium: nostraq́ gratia.

Kupiłem w Rzymie
za lirów 103 16/1 1942 [illegible]